

Notae Criticae.

In

contextu.

* **Addita, omissa, mutata contra textum editionis Oxon.**

Ἀρχή. Initium lectionis ecclesiasticae secundum lectionaria Graecorum. Huic in margine respondet numerus lectionis secundum eam divisionem, quam auctoritate Codicum et hic et in synaxariis secuti sumus. Huc etiam infra textum referuntur lectionum indices.

ὑπέρβα. Transitus lectionis in eodem libro aut capite. Post hoc quaere Ἀρξου, ubi denuo incipit.

ὑπάντα. Transitus lectionis in aliud evangelium aut aliam epistolam. In evangelis hoc saepissime, praesertim inde a lectione, εἰς τὴν λειτουργίαν τῆς μεγάλης ε. in epistolis Paulinis vero semel tantum factum est.

Notis ὑπέρβα et ὑπάντα respondent aliae in marginibus.

Quaquam autem in accuratioribus Codicibus hoc discrimen est inter ὑπέρβα et ὑπάντα tamen haec interdum in Codicibus non nullis sine discrimine adhibentur.

Τέλος. Finis lectionis ecclesiasticae, quae in margine notatur.

Ne vero istae notae turbarent contextum, his signis [] eas inclusimus.

Numeri capitum et sectionum Eusebii, Euthalii et Andreae Caesariensis, nec non vulgaris Stephanianae distinctionis per se intelliguntur.

In variis lectionibus.

] Ante hoc exhibetur textus vulgatus edit. Gregor. Oxon. 1703. fol. Ea repetita est ex Oxon. Fellii, 1675. 8. quam, ut ex pluri-

pluribus locis intellexi, Wetstenius a se correctam, typhotis in sua editione exprimentam exhibuit. Huic prorsus similis est repetita editio cum praefatione Franckii Lipsiensis 1702. 8. Fellius secutus est Curcellaeum, Curcellaeus editiones Elzevirianas. Ergo inter textum Oxoniensem et sic dictum receptum exiguum est discrimen. In Felliana tamen editione aliquoties culpa typhotetarum commissi sunt errores, quorum plures adeo in editiones Gregor. et Franck. sunt translati.

] Post hoc signum exhibentur variae lectiones.

— post] omissa notat,

+ post] addita.

Discrepantia et transposita cognoscuntur ex comparatione textus vulgaris et lectionum variantium, ante et post hoc] signum.

Post varias lectiones.

- A. lectio auctoritate aequalis, etsi interdum non sit recepta in contextum.
- B. valde probabilis, tamen adhuc dubia.
- C. imprimis notabilis, adeoque accuratiore examine digna.
- D. probabilis, a quibusdam etiam probata, attamen repudianda.
- E. minime probabilis ac prorsus reiicienda.

Quae lectio notam ex his quinque nullam habet, ea in contextu stellula notata et recepta est. In his autem partim auctoritatem et consensum Codicum, partim iudicia doctorum virorum, idoneis argumentis confirmata, partim nostram persuasionem, nostrasque rationes secuti sumus. Plures unius loci varias lectiones interposita littera t notavimus, qua vocabulum *aut* significare volumus. Eodem modo v. et *vide*.

Index

Index auctorum et editionum.

- Clem. Alex. Clemens Alexandrinus. Lut. Paris. 1641. fol. Adhibui interdum etiam edit. Potteri, quod in locis singulis significavi.
- Orig. Origenes. Paris. 1733 — 1759.
- Chrys. aut Chrysost. Chrysostomus. Paris. 1718 — 1738.
- Cyrill. Cyrillus Alexandrinus. Paris. 1633. Hic in non nullis tomis plures sunt paginarum ordines ac numeri. I, a. ergo notat librum de adoratio. I, g. glaphyra. V, a. est pars prima tomi V. Partis secundae tomi V. libri ita notantur. V, b. homiliae sunt. V, c. epistolae. V, d. de recta fide. Sexti tomi VI, a. contra Nestorium etc. VI, b. contra Iulianum, VI, c. de Trinitate. VI, d. collectanea. In hac editione saepe erratum est in numeris paginarum. Istos errores ergo correxi.
- Theophyl. in evangeliiis. Paris. 1671. in epist. Pauli. Lond. 1636. in Actibus Apostt. et epistt. cathol. Venet. 1758. Sed hanc editionem interdum etiam in aliis libris nominatim laudavi.
- Oecum. et Areth. Oecumenius et Arethas Lut. Paris. 1631.
- Andr. Caes. Andreas Caesariensis. Commelin. 1596.
- Basil. M. Basilius Magnus. Paris. 1721 — 1730. Sed huius, Eusebii Caesar. Isidori Pelus. ac plurium aliorum Patrum loca plenius et accuratius aliquando notabo in amplioribus ad unversum N. Testamentum animadversionibus. Subinde enim admonebar, ne moles libri modum excederet. Igitur multos Origenis, Chrysostomi, Cyrilli, aliorumque locos, etsi in promptu essent, necesse fuit praetermittere. Eadem etiam de causa rarius contra istas inficetas sic dictas *versiones* et contra interpretum somnia et mendacia disputavi. Facile quivis sibi ipse persuadebit, multa, quae pro variis lectionibus venditantur, nihil esse nisi nugae, si vel in uno Actuum libro ad versiones Syras, Bedae et Codicem Cantabrigiensem D. attenderit. Centum enim
addita-

additamenta, partim puerilia, partim adeo ridicula in isto uno libro ex istis solis facili negotio licet colligere. Exco- gitata autem sunt in gratiam Latinistarum, ad lectorum simpliciorum, ad Codicum praestantissimorum et ad ipsa- rum litterarum sacrarum ludibrium.

Euth. Euthymii Zigabeni commentarius in quatuor evangelia. Tomi III. Lipsiae 1792. Hic, ubi numeri Romani et Ara- bici iunguntur, notantur singulorum tomorum paginae: ubi soli sunt numeri Arabici, respicitur praefatio tomi pri- mi, in qua multa evangeliorum loca critice tractavi.

Damasc. Damascenus. Paris. 1712.

Editiones N. Testamenti Complutensium, Erasmi et Bezae ipse etiam tractavi, rarius tamen laudavi, quod Codices suos tanquam in occulto habuerunt, ac raro accurate et definite va- rias ex eis lectiones notaverunt. Multa hi sine Graecis Codici- bus ac contra Codices Graecos, plerumque, ut defenderent vulgatam Latinam, pro arbitrio mutaverunt, id quod interdum etiam sunt confessi. Hae textus corruptiones facile a critico severo et religioso auctoritate praestantiorum Codicum repu- dian- tur: casu tamen valent ad quorundam, qui Codices exami- narunt, aestimandam fidem. Saepius enim magna pars Codi- cum, a quibusdam adhibitorum, suo silentio tuetur lectiones ab Erasmo et Beza demum contra Codices manifeste illatas. Loca vero etiam in hac editione memorata sunt, in quibus pro eadem lectione, aut contra eandem lectionem, Erasmus Codi- ces multos, Beza paucos, et contra ille paucos, hic multos, nec tamen nominatim, tanquam clandestinos et invisibiles te- stes, citaverunt. Omnino autem Robertus Stephanus demum in editione maiore quodammodo ostendit, quomodo Codices notandi sint, tametsi multi non sine causa de huius quoque dubitarunt diligentia. Sed nec Fellii variarum lectionum colle- ctio, ex plus centum Codicibus, ut in indice ait, congesta, fuit satis accurata in omnibus, quod ipsa adeo Codicum tabula do- cet. Quam enim auctoritatem habere possunt ista: *Curcel. Lect. Steph. Codd. Valesii lectiones ex 16. Mss. Wechelii*
sive

sive Fr. Lxxii Lect. 2 Ad sempiternam tamen memoriam Fel-
lius commendavit nomen suum, quod tanto studio et favore,
tantisque impensis, Millii in critica N. Testamenti princeps
opus sustentavit.

Millius ergo, cuius utor edit. Oxon. 1707. et Amstelod.
1710., ita aditus, quaecunque a prioribus quocunque modo
collata et coacta fuerant, incredibili studio, assiduitate, labo-
re, doctrina haud vulgari, fide vero etiam integerrima, et dili-
gentia, quae potest cadere in hominem, examinavit, correxit,
disposuit, ac novis copiosissimisque varii generis opibus auxit
et locupletavit. Quae contra hunc a Wetstemo Prolegg. I,
175. 176. monita sunt, ut nota praetermitto. ¹⁾ In hoc tali
ac tanto viro, ut dicam, quod sentio, mihi primum displicet,
quod nimia locupletandi operis cupiditate abreptus, levia sae-
pius ac nihil profutura conguessit. Verum id ei facile condonari
potest. Maiori ei crimini est, quod ad exemplum priorum
editorum omnium nimis addictus fuit Latinae sic dictae versio-
ni vulgatae, ac si ea a viris diligentibus, fide dignis ac graeca-
rum launiarumque litterarum peritis ad praestantissima exem-
plaria Graeca esset perfecta. Ac prioribus quidem editoribus
ea in re venia dari poterat. Etenim barbarae istorum seculorum

¹⁾ Cum tamen Wetstenii editio in paucorum manibus sit apud popu-
lares meos, pauca ex istis hic subieci: »Illud vero nequaquam ab
huius viri aeri iudicio expectandum erat, ut Italicae versionis h. e.
indoctis, nescio quibus interpretibus, certe idiotis Atris plus tribue-
ret, quam consensui omnium Graecorum et Codicum, et Patrum,
versionumque reliquarum; etiam iis in locis, ubi nova Hieronymi
versio ab antiqua recessit, et ubi tota ecclesia Latina veterem inter-
pretem deseruit. Eiusdem commatis est, quod lectiones unius ali-
cuius singularis Codicis, qui neque antiquitate, neque ulla alia ra-
tione sese commendabat, frequentissime pro genuinis habere non du-
bitavit; quod etiam Codicibus Graecis, a Latinis librariis manifeste
interpolatis, nimium tribuit, et has ipsas interpolationes pro vero
textu habuit.»

rum tyrannidi obnoxii, servili metu istam versionem, tanquam divinitus probatam, colebant. Eo ergo etiam progressi sunt audaciae, ut loca, in omnibus Codicibus Graecis reperta, in gratiam huius versionis delerent, alia in nullo Codice Graeco reperta, eandem ob causam in contextu adderent. Accedebat, quod prioribus editoribus in universo novo Testamento sedecim fere aut viginti omnino Codices Graeci ad manus erant, qui ipsi etiam, excepto uno et altero, non universum novum Testamentum, sed libros singulos, veluti evangelia, aut epistolas Paulinas, aut apocalypsin comprehendebant. Praeterea inter hos ipsos tam paucos Codices Graecos, erant etiam Graeco-Latini, Graeci a barbaris ad versionem Latinam corrupti ac variis lituris et recentioribus interpolationibus contaminati, immo adeo ab impostoribus ad fallaciam scripti. Neminem vero ita levem aut temerarium inventum iri arbitror, qui haec a me pro tempore fingi opinetur, nisi forte de Wetstenio ac ceteris criticis nunquam quicquam audiverit, aut etiam ignoret, tres istorum monstrosorum Codicum, luce indignos, ex tenebris suis ad lucem esse protractos. Hos qui ad manus habent, ipsi iudicent. Apud Wetstenium autem propter istos Codices attendi velim ad verba ista: *a prima manu, ex emendatione*. Quomodo vero illi ipsi Codices ab istis editoribus examinati fuerint, multorum doctissimorum ac fide dignissimorum virorum atque ipsius Milli testimonio compertum est. Millio ergo pluribus copiis instructo et ab omni terrore ἀναδεματισμοῦ libero, accuratius praesertim examinatis Codicibus, nullum onus, nulla incumbere necessitas, quae eum cogeret priores editores imitari. Neque vero Millio acumen et sagacitas defuit, quo minus et de Codicibus, et de lectionibus probis et improbis sententiam ferre posset. Sed parum in ea re constans fuit. Ergo non solum easdem lectiones alibi excludit, alibi admittit, sed de iisdem Codicibus contraria fert iudicia. Quoties enim Codicis Alexandrini *deliria*, (sic enim vocat,) damnat, quoties eundem in caelum attollit? Eadem eius est sententia de Cod. Cantabrigiensi et aliis. Hanc igitur inconstantiam eius saepius non

non sine causa, ut arbitror, miratus sum: ei tamen multa et magna deberi, libenter omni tempore professus sum.

Bengelii edit. Tubingae 1734. Millii splendidas copias tenuiori habitu ex parte repraesentavit Bengelius, vir pius, religiosus et Graece, grammatice quidem, Erasmo ac pluribus aliis multo, quam vulgo creditur, doctior. Quod eius de Codicibus et lectionibus attinet iudicia, Millio est simillimus. Incredibilis eius inconstantia et commutabilitas discitur ex *tabula critica*, quae ab Ernesto Bengelio adiecta est editioni Tubing. 1776. Hic ergo saepius de eadem lectione reperias, *suspendit, approbat, improbat, item, postponit, praefert, suspendit*. Id vero aliter fieri non poterat, quod nullis certis rationibus movebatur. Eius de Codicibus Craëcis iudicia in hac ipsa editione, ubi ita res postulabat, notavi. Quid de Codice Alexandrino senserit, declaravi in praefatione prioris editionis meae ad Apocalypsin fol. a. 3. pag. 2. seq. a verbis: *De Alexandrino ad testes auscultantur*. De novis post Millianas copias accessionibus in introduct. pag. 376. §. VII. ita habet: *Accedunt opera curaque nostra Codices manuscripti quindecim potissimum*. Istiusmodi verborum ambiguitas in Critico nullo modo ferenda. Quid enim est, *opera, cura, potissimum?* Quid ex tribus Codd. Basileensibus accesserit, ipse aperit pag. 450. Hi ergo fere pro nullis habendi sunt. Uffenbachianum fragmentum nunc multo accuratius habemus ex edit. Hencke Helmstadii 1800. Mosquensis, qui est meus partis prioris v. a me bis ac multo accuratius examinatus est, quam a Biilfingero. Byzantini, ut vocat, lectiones a Matthia Marthio accepit. Hirsaugiensis solum evangelium Ioannis continet. Supersunt Augustani septem. Hic primum miror, cur ex tredecim Codicibus Augustanis septem solum consuluerit. Tot enim ex ista bibliotheca Illustrissimorum Augustanae reipublicae praesidum gratia et Eruditissimi Mayii cura et spon- sione hic Vitembergae domi meae habui atque accuratissime examinavi. Deinde de August. 3. nil, nisi hoc dicit: *disutae*

sunt plagulae IV. Evangelistarum. Quae loca in eis legantur, non aperuit. De August. 4. ita habet: *est Evangelistarium, scriptum litteris grandioribus, facitque ad notandas varietates ex rationibus ecclesiasticarum lectionum ortas.* Atqui, quae in eo lectiones, ac quoties eadem occurrant, quaeque desint, prorsus non notavit. Unde ergo lectores cognoscunt, ubi prorsus sileat ac ubi testimonium eius bis, ter, quaterve valere possit? Augustanum 2. *vetustate scripturae* affirmat excellere. Sed hoc non in secundum (ita ibi, non 2.), verum in quartum convenit. Mecum ergo reputans Bengelii fidem et religionem, postquam istos Codices omnes ipse examinavi, sine temeritate ac sine ulla contra Bengelium invidia, denique sine ulla dubitatione affirmo, istos septem Codices Augustanos nunquam Bengelio ipsi fuisse ad manus. Toti certe versus additi et omissi ab eo non sunt animadversi. Alterutrum ergo, aut eos nunquam ipse examinavit, aut certe negligentissime examinavit. De Apocalypsi hic in primis dicendum est. Eam Bengelius singulari studio et religione tractavit, forte quod, nescio quid *μυστηριώδες*, ex ea eruere cupiebat. Rectius fortasse egisset, si ad beati Lutheri suspicionem, dogmaticam illam quidem, attamen valde probabilem, quae criticis etiam rationibus confirmari potest, attendisset. In hoc libro ergo per duos Codices cum commentario Andreae, alterum Augustanum, alterum Palatinum, quorum alter altero corruptior est, ita in angustias compellebatur, ut quomodo salvo honore Apocalypseos ac salva religione sua extricare se posset, prorsus non inveniret. In tanta ergo, tamque terribili desperatione eo adactus est, ut unius eiusdemque Andreae duos plus minusve corruptos Codices, alterum quidem ad 2) Africanam, alteram

2) Bengelium in fraudem videntur pellexisse vocabula *διτρογραφία*, *διτρογραφιστάς*, quae aliquoties in Andreae et Arethae scholiis occurrunt. De istis *διτρογραφίαις* omnibus monui copiosius in editione mea priori, brevius etiam, in hac editione. Istarum vero *διτρογραφίων* auctores sunt Papias, Irenaeus, Methodius, Hippolytus, Gregorius

alteram ad Asiaticam *recensionem*, ut vocabat, referret. Etsi vero tam Africanae, quam Asiaticae, nescio quae, recensiones, iam dudum sint oblivioni traditae: tamen haec desperatio Bengelii alii oculos aperuit, ut sicuti ille apud Marcum 8, 24. plures alias recensiones, tanquam arbores, deambulare conspiceret. Nobilissimae earum sunt Alexandrina, Constantinopolitana et occidentalis. Illa in pompa ducit tres Alexandrinos, Clementem Alexandrinum, Origenem Alexandrinum et Cyrillum Alexandrinum. Ista solum Chrysostomum nacta est comitem. Occidentalis vero antesignanos habet omnes Patres Latinos, ab Irenaeo, cuius fere sola superest interpretatio Latina, Tertulliano, Hieronymo, Augustino ad Luciferum et Bedam. Plus vero centum suspicari licet *eiusmodi* recensiones, seu corruptiones, quae successu temporis emergent et erumpent. Ipse enim apud Chrysostomum, quem saltem tricies legi, certe sex, apud Origenem, cuius scriptorum tamen pars maxima intercidit, quem vero quater legi, ad minimum quatuor, apud Cyrillum vero, quem bis legi, sex videor deprehendisse. Totidem vero, ut arbitror, deprehendent etiam meorum N. Testamenti editionum lectores. Hoc autem equidem tantum doleo, quod una valde insignis prorsus est praetermissa. Eam mihi videor eruisse ex scriptis Latinistarum. Natales suos debet istis sic dictis *Post illa*. Ea ergo recte, ut equidem existimo, appellari possit *Postillalis*. Egregia huius fragmenta quaerere licet apud Bedam, Lyranum et alios similes eius generis *μικροδς κη ἀποτροπαίους* criticos.

Antequam ad Wetstenium accedo, memorare oportet libellum Chr. Bened. Michaëlis de variis lectionibus N. Testamenti

gorius Naz. et Cyrillus Alex. quos in praefatione appellat Andreas et ex quibus suum commentarium consuit. Papias, criticorum princeps, notus est vel ex narratione de interitu Iudae Iscariotae. Vide Fr. Muntzeri fragmenta Patrum Graecorum Fascic. 1. pag. 17. seqq. Hafniae 1788. Eadem etiam inveni in scholiis ineditis ad Matth. 27, 5.

menti Halæ Magdeburg. 1749. qui de eis peritius et accuratius iudicavit, quam superiores N. Testamenti editores omnino omnes. Hic primus etiam, quid de Codicibus Graeco-Latinis et sic dictis Latinizantibus statuendum esset, idoneis argumentis demonstravit. Esse autem hunc libellum *πολλῆς πείρας τελευταῖον ἐπιγένημα*, vel ex eo licet intelligere, quod eum vir eruditissimus anno aetatis sexagesimo nono demum scripsit. Hoc libello aegre carui non solum in Rossia, sed plures annos etiam in Germania. Notabile autem est, quod duo doctissimi viri, Michaëlis et Wetstenius, qui tanto locorum intervallo disiuncti erant, quique in religionis placitis sibi contrarii erant, fere tamen eodem tempore eandem de Codicibus tulerunt sententiam.

Wetst. Editio Wetstenii Amstelod. 1751. 1752. Hic non solum plurimos Millii errores correxit, sed opes criticas etiam novis ac praestantissimis accessionibus locupletavit. Cum vero omnis recte conformandi et constituendi textus ratio a Codicibus ac iusto de eis iudicio proficiscatur, atque in hoc omnis criticae scientiae vis et facultas cernatur: hic profecto inter omnes N. Testamenti editores primus fuit, qui acute, vere et sine ullo temerario studio de Codicibus iudicaret atque hoc iudicium constanter sequeretur. Primus ergo etiam fuit, qui criticam sacram tanquam ex sentina et sterquiliniis elevaret. In hoc autem eum reprehendunt, quod longiores Codicum indices, ab Millio adhibitos, repudiavit ac Codices solis litteris et numeris notavit. Eis ergo, qui id vitio vertunt, commendamus indices Birchii, veluti Vat. 349. Vat. 756. Vat. 1067. Vat. 1160. Vat. 1209. Codex Zelada. Laur. VI, 256. Vind. Lamb. 33. Angel. 1. ac ceteros, ut habeant, quibus chartas implere possint. Mihi certe, praemissa singulorum Codicum accurata notitia, brevis ista, quae est in numeris et litteris, semper probata est. Quid enim opus est, ut ista Codicum nomina in locis singulis ad taedium lectorum et damnum emtorum repetantur? Suspectus quoque Wetstenius quibusdam fuit, ac si, Socinianis-

mo addictus, fidem criticam in locis non nullis prodiderit, ac quaedam, in quibus de Christi divina natura agitur, corruerit. Quin Wetstenius in his aliter senserit, quam alii, per eius animadversiones, quae in eiusmodi locis inseruit, dubitari nullo modo potest. Modo enim in his occulte quaedam contra aliorum sententias molitur, modo aperte agit ac sententiam suam propugnat. Huiusmodi molitiones, paucissimae tamen, deprehendi quoque possunt in eius disputationibus de variis lectionibus. Fere autem ita comparatae sunt, ut ab attento et acuto lectore facile argui possint. Quaedam vero etiam evanescent, adhibitis aliorum editionibus, quas pro sua opinione laudat. Hoc igitur si quaeratur, num Wetstenius suarum opinionum causa alias lectiones finxerit, alias reticuerit, equidem ³⁾ certe id non affirmaverim. Accedit ad solatium et confirmationem eorum, qui hic aliquid religioni suae metuent, quod post Wetstenii editionem ingens numerus Codicum ab aliis pluribus in istis locis adhibitus est, ex quibus, quid Codices exhibeant, discitur. Omnino autem hoc iniquum censeo, si quis propter aliquem, levem praesertim, dissensum, in placitis religionis continuo suspectus ac perfidus habeatur. De Eusebio vix dubitare licet, quin Arianis opinionibus indulserit. Nihil tamen equidem, qui omnia eius scripta diligenter legi, potui animadvertere, ex quo appareat, ea de causa aliquid ab eo consulto mutatum esse in contextu. Scio, me quoque a quopiam appellatum esse Athanasianum orthodoxum. Disputavi ergo ipse quoque de locis istis singulis. Sancte vero affir-

3) Recordor tamen nunc saltem unius loci in epistolis Paulinis, ubi sciens prudensque mentitus est. Neque vero ibi solum aliquem de infimis N. Testamenti editoribus, graecarum litterarum prorsus ignarum, verum etiam virum graece scientissimum fefellit. Fefellit autem, quod is crediderat, nullam talem impudentiam in ullum hominem cadere posse, ut tam audacter mentiretur, etiam in eo, in quo facile, adhibitis libris, mendacii convinci poterat. Suo loco hac de re monui in hac editione.

mo, me in ista disputatione nec Athanasianum, nec ullum aliud symbolum, sed fidem viri honesti in referendis meorum Codicum lectionibus secutum esse: falli autem per alios nullo modo potui, quod istos Codices omnes ipse examinavi. Vehementer autem hic indignor, quod adeo non nulli ecclesiae antistites, ex iis etiam, qui vulgo orthodoxi habentur. fraudem moliti sunt. Nihil autem profecerunt, cum Codicum scribae diligentes et religiosi, parum istorum opiniones et machinationes curantes, adeo contra eorum interpretationes et scholia, quibusdam Codicibus addita, veritatem secuti fuerint.

Libentissime hic silentio praetermitterem Semlerum, varium, mutabile et mirabile capitulum. Hic temerario scribendi impetu et furore abreptus, cum iam ingeniolum suum ita in omnes partes versasset, vexavisset, torsisset, fatigasset, exhausisset, exsiccasset, ut nihil inde amplius exprimere, eruere et exantlare posset, delatus tandem est in eam cogitationem, ut ex Wetstenii editione scribendi sumeret materiam. Fere ergo eodem tempore Wetstenii non solum prolegomena et appendices criticas typhothetarum opera repetiit, sed ex eius variis lectionibus etiam mirabili *ματαιοπονία καὶ περιεργία* contextuit pannum varium et maculosum, intextis adeo Caryophili, infimi mercenarii, laciniis. Huic homini per totam vitam nihil aliud propositum fuerat, quam ut omnia in dubitationem adduceret, firmissima quaeque convellere tentaret ac contra omnes ac semet ipsum 4) disputaret et scriberet, modo ut semper aliquid novi et mirabilis, ut opinabatur, foras protruderet. Aegre ergo ferebat, Michaëlis, Wetstenii ac plurium doctorum virorum doctrina et acumine criticam sacram ita excultam esse, ut tandem iustum ac verum de Codicibus iudicium probaretur, ac Codices Latini, Graeco-Latini et Latinizantes, qui, ut alibi monui, recte quoque Graecissantes vocantur, iam non in tanto honore

4) So höre ich, daß auf ähnliche Art auch Einige mit sich selbst in der Karte spielen sollen,

re haberentur, in quanto habiti fuerant a superioribus editori-
 bus omnino omnibus, excepto solo Wetstenio. Restituendi
 ergo istis Codicibus honoris pristini cepit consilium ac lutulen-
 tis substructionibus suis ea, quae Wetstenius et alii aedifica-
 verant, labefactare et subruere tentavit. Cum vero in ista te-
 meraria substructione in interiore et subterranea cavea initia-
 tis monstrarentur etiam latentia contra religionem arma, haud
 pauci, mirabilium et irreligiosarum opinionum fautores, sicuti
 hirundines, luti amantes, advolabant; non nulli quoque ibi
 luto nidificabant. Sed istae initiatorum clandestinae molitio-
 nes haud ita multo post patuerunt, cum ea, quae antea non
 nulli tanquam rostris vellicaverant, iam impudentius, audacius
 et violentius conquassarentur ac deicerentur. Utrum aliqui
 sola imperitia et ignoratione, an coeco imitandi studio, an
 denique ambitione gloriosi nominis haeresiarchae manus operi
 admoverint, non audeo definire. Postremum minime mihi
 probabile videtur, cum, ut quis haeresiarcha evadat, opus sit
 ingenio, doctrina et facundia. Plerique autem, similes Sem-
 lero, lingua et ingenio inficeti erant et barbari. Etenim Sem-
 lerus ipse ex schola Baumgarteniana non illam amplam et sub-
 tilem doctrinam sibi propriam reddiderat, sed confusam, indi-
 gestamque versicoloris, discoloris ac decoloris eruditionis mo-
 lem et sybillinam Latini ac vernaculi sermonis secum traxerat
 et rapuerat obscuritatem. Sectatorum vero istius aliqui in
 Latinis non ultra Langii et Corderi *Colloquia*, in Graecis vero
 non ultra Aesopi fabulas sapiebant, vix satis perceptis regulis
 grammaticis, ut dudum in priore editione mea docui. Multa
 ergo Semlerus, homo *ἀκριτόδοξος, ποικιλόδοξος, θυματόδοξος,*
ἐναντιόδοξος, ἀνοητόδοξος καὶ παλιμβολόδοξος, pro Codicibus
 Latinis et Graeco-Latinis tam in genere, quam singulatim, et
 in his, pro quibusdam, quos nunquam viderat, qui tamen ab
 iis, qui 5) eos tractarant, pro apographis fuerant habiti, ut
 pro

5) Vide, quae dixi in dem Leipzig. allg. litt. Anzeiger 1801. Nr. 72.
 Seite 621, in der Note 2.

pro diversis et inter se dissentientibus, frustra disputavit. Novissimum autem ac notabile inventum eius sic dictae sunt *recensiones*, h. e., ut ego interpretor, corruptorum Codicum et ineptarum *versionum* diversa genera. Bengelio igitur dudum quidem ante Semlerum, attamen demum anno post Christum natum 1754. debebamus, ut supra dixi, inventas recensiones Africanas et Asiaticas. Quas Semlero debeamus, ex eius verbis licet discere. Habet ⁶⁾ enim ita: Es hat *wenigstens* ⁷⁾ zweyerley Recensionen des griechischen Textes gegeben; eine ⁸⁾ kann ⁹⁾ man die morgenländische oder Luciani ¹⁰⁾ nennen, (blos um kurz ¹¹⁾ zu reden;) die andere die abendländische, egyptische, palästinische, Origenianische. Diese ist gemeinlich kürzer und mit andern Redensarten abgefasset, als jene; sie ist *ganz* und *gar* einstimmig mit der ältesten latina, oder Itala, oder welche da *war*, ehe Vulgata zu herrschen anfing.

u. s. w.

6) In der Vorrede der herminevtischen Vorber. 3. Stück 1. Abtheil.

7) Man hat also noch mehrere zu hoffen.

8) Jetzt giebt er dem neugebornen Kinde auch den Namen, und das blos aus *seinem* Gehirne.

9) *Possibile est*. Solche kritische Possibilitäten-Männerchen können nämlich die Sache genau bestimmen.

10) Das klingt nun sehr bestimmt und gelehrt. Man sollte fast glauben, D. Semler habe diese Recension in den Händen gehabt. Nicht doch! Dieser Name, aus Hieronymus (etwa aus Catalog. scriptt. ecclesiastt. T. I. p. 189. f. oder aus der Vorrede an den Pabst Damasus vor dem Evang. Matth.) oder anderswoher genommen, zeigt hier blos, wie in andern Komödien, eine stumme Person an. Er konnte eben sowohl seine Vorgänger, Schwedenburgen und Jakob Böhmen, nennen. Zu vermuthen war, daß im Werke selbst Etwas vom Lucianus vorkomme. Ich schlage nach, finde aber nicht Lucianus, sondern Lucanus, der eben so wenig, wie Virgilius, hierher gehört. Sollte man Hieronymi Stellen vom Lucianus alle vergleichen, so würde man sich sehr wundern.

11) Das heißt, unverständlich.

u. s. w. ¹²⁾ His fere similia dicta sunt a Griesbachio in praefatt. ad Evangelia edit. 1774. p. XVI. edit. 1777. p. XIV. edit. 1796. Londinensis. pag. LXXIII. seq. ad Epist. Pauli edit. 1775. p. VI. Novissima enim editio Epistt. nondum, cum haec scribo, prodit. In his non solum plures sine nomine recensioni, sed duas nobilissimas, Alexandrinam et occidentalem, ac tertiam Constantinopolitanam memoravit. Esse omnino diversas recensioni, his argumentis efficere voluit. (edit. 1796. p. LXXIII. seq.) 1) Sunt enim tam in Graecis, quam in Latinis auctoribus profanis diversae recensioni, ¹³⁾ quod dudum a criticis, qui ipsi etiam vocabulo *recensionis* utuntur, observatum est. 2) Tirones ¹⁴⁾ id discere possunt ex comparatione

12) Auf der folgenden Seite setzt er Origenes, Eusebius, Isidorus und Andere, die er aber gar nicht nennt, in Verbindung. Wie Isidorus zum Origenes und Eusebius komme, kann ich nicht einsehen, um so weniger, da ich ihn ganz excerptirt habe, aber hier in dieser Ausgabe unwürdig gehalten habe zu nennen.

13) Pluribus demum annis post inventam artem typographicam editae. Pleraque enim priores editiones, veluti Aldi et aliorum, non sunt recensioni, sed simplices saepe unius ac vitiosi Codicis vitiosae repetitiones. Sufficit laudare Andocidem, Isaeum etc. ex edit. Ald. 1513. Id ita esse, non ex coniectura, sed ex lectione didici. Addo aliud exemplum. Dionysius Halicarn. in libellis rhetoricis multa multorum eadem loca diverso modo laudat. Habet in primis multa longiora Isocratis loca, bis terve cum varietate repetita. Nemo hic de diversis recensionebus Isocratis cogitavit, etsi hoc de Isocrate in primis erat probabile, qui plures annos orationibus suis, veluti gallina ovis, incubuit. Loca ista in indicibus, quibus solis operam dat, reperire poterit Griesbachius.

14) Was sollen die Anfänger aus der Vergleichung der Complutensischen und ersten Erasmischen Ausgabe lernen? Was eine kritische Recension ist? Denn davon war hier die Rede: oder, daß die Complutensische Ausgabe von der Erasmischen bisweilen abweicht? Dieses konnten sie lernen, wenn sie nur Minelli und Havercamp's Ausgabe des Sallustius verglichen. Keine aller bekannten Griechischen Handschriften stimmt durchaus mit irgend einer andern, oder mit irgend einer kritischen Recension überein. Also sind auch alle Hand-

tione primae N. Testamenti editionis Erasmi et ¹⁵) Complutensium. Facilius etiam ex comparatione editionis Apocalypseos

Handschriften Recensionen? Die Complutensische Ausgabe, die hier angeführt wird, ist also eine kritische Recension? Aus welchen Codicibus, aus wie viel Codicibus ist sie genommen? Wo sind die Varianten angezeigt, welche in den Codd. gefunden wurden, und nach welchen man geurtheilt hat? Der Maafsstab der Complutensischen Kritik war die in ihrer Kirche autorisirte Lateinische Vulgata. Zum Beyspiel also, im Vater-Unser fanden sie in der Vulgata einige Verse nicht, die sie aber doch, wie sie selbst gestehen, in ihren Griechischen MSS. fanden. Sie strichen sie also weg. In dem Briefe Iohannis fanden sie in der Vulgata die sogenannten drey Zeugen, in ihren Griechischen MSS. nicht. Sie übersetzten also diese Stelle selbst aus dem Lateinischen in Spanisch-Griechisch, und schrieben sie hinein. Das heist also eine kritische Recension des N. Testaments. Denn von unkritischen wird doch wohl hier wahrlich nicht die Rede seyn. Wer sich einen kurzen Begriff von der Kritik der Complutenser machen will, der sehe in meiner ersten Ausgabe den Anhang zur Apocalypsis p. 214 — 220. — Herr Griesbach nennt die erste Erasmische Ausgabe, weil Erasmus selbst nachher die Complutensische zur-Hand gehabt hat. Erasmus nennt nun zwar wohl seine Handschriften, die aber doch wenige waren, und eben so leichtsinnig, als hernach die Complutensische Ausgabe, von ihm verglichen sind. Man muß die Varianten seiner MSS. von ihm gleichsam erpressen. Oft nennt er überhaupt Codices, setzt aber nicht einmal hinzu, ob Griechische, oder Lateinische. Hierauf kommt doch viel an. In dem Texte hat er sogar Erläuterungen aus dem Oecumenius und Andern, und noch dazu durch Abschreiber verdorbene, aufgenommen. Manche Druckfehler, als $\lambda\omicron\gamma\chi\epsilon\iota$, statt $\lambda\omicron\gamma\chi\eta$ findet man in allen 5 Ausgaben. Hierher gehört auch das hochaussehliche Griechische $\omicron\rho\gamma\iota\omicron\nu\ \sigma\epsilon\gamma\eta\nu\ \mu\omicron\sigma\sigma\omicron\nu\epsilon\gamma\acute{\alpha}\nu\omicron\mu\alpha$. Siehe auch unten Apocal. XXII, 18. in dieser Ausgabe. Viele Lesarten stammen nicht von ihm, noch von seinen MSS., sondern von seinen Setzern her. Es erkennen also die Anfänger aus Vergleichung dieser beyden Ausgaben, nicht nur überhaupt, welche die Definition einer kritischen Recension sey, und wie eine kritische Recension einzurichten sey, sondern sie fühlen zugleich auch mit den Fäusten zwey musterhafte kritische Recensionen in Folio. Das heisse ich

hand-

pseos Bengelii cum Elseviriana sive Curcellaeana aut Mastrichtiana, ¹⁶) id discent. 3) Discitur id etiam ex edit. LXX. ¹⁷) Complutensi, Aldina, Romana, Grabiana et ex Hornemanni specimine exercitt. criticarum in versionem LXX. Hauniae. 1776. 4) Addit: „*Extitisse autem ineunte saltim tertio seculo*

handgreiflich demonstriren. Wollte Herr Griesbach seiner Sache einen Anstrich geben, so sollte er sich auf Eusebii vitam Constantini M. lib. IV. cap. 36. 37. berufen. Eine Konjectur oder eine Possibilität zu dieser Stelle wird doch wohl noch ausfindig zu machen seyn. Ich vermuthe, daß Eusebius jene Ausgaben aus der zahlreichen Bibliothek des Märtyrers Pamphilus genommen habe, welche, wie wahrscheinlich ist, an MSS. mehr Vorrath hatte; als die Göttingische Universitäts - Bibliothek an gedruckten Ausgaben. Auch könnte Knaben (tironibus. Ein witzig und satirisch seyn sollender Einfall, der aber in der nämlichen Recensionen - Fabriksache schon vor 20 Jahren in der Jenaischen Zeitung stand.) das Recensionen - Geheimniß sehr einleuchtend erklärt werden, aus ihren eigenen Exercitiis über den Spec. Denn ich erinnere mich noch selbst von mehr als 50 Jahren her, daß Sonnabends beym Corrigiren dieser Exercitiorum nach der Zahl der Knaben, (ich nehme die aus, die das Exercitium von Andern mit allen Fehlern abgeschrieben hatten, so wie einige Schreiber bey Wetstein,) manchmal zwanzig ganz verschiedene, und namentlich Tertullianische, Cyprianische, Hieronymische, Luciferische etc. Recensionen vorkamen. Doch hatten alle den privilegirten deutschen Original - Text des seeligen Spec's, so wie Tertullian und die Uebrigen den Griechischen Text der Apostel. Mit welcher Treue und in welchem Latein Hieronymus und Rufinus den Origenes übersetzt, ist Gelehrten aus Origenes Ausgabe von Delarue bekannt. Mit Schrecken erinnere ich mich noch einer meiner Recensionen. Ich hatte nämlich einmal das Wort *meinetwegen* übersezt, *propter me*. Der Lehrer gab mir einen Rifs und corrigirte — wie denn? — etwa, *mea caussa*? — nicht doch, sondern, *mei caussa*. Ich kam in eine andere Classe, schrieb, *mei caussa*, und erhielt, unter der Aeufserung, daß dieses zur occidentalischen Recension gehöre, abermals einen Rifs. Seit der Zeit habe ich die occidentalischen Lateinischen Recensionen immer nicht leiden können. Drey solche Spec - Uebersetzungen oder Recensionen der Lateiner, sind Hebr. 13, 2. in *ἐλαφον*.

seculo duas ¹⁸⁾ *iam recensiones,* ¹⁹⁾ *e collatione locorum N. Testamenti ab Origene* ²⁰⁾ *græce laudatorum cum allegationibus* ²¹⁾ *Tertullianeis et Cyprianicis manifestum*

- 15) Ubi tirones reperient edit. Complutensem? Brevius erat, eos ablegare ad editionem Wetstenii, quam Griesbachius ipse in his exscripsit. Fortasse etiam editio Plantiniana 1612. inventu erat facilius.
- 16) Poterat addere: cum mea, Rigae 1785. quae ab istis omnibus fere in singulis versibus notabiliter dissentit. Ita enim me nolentem contra metmet ipsum habuisset testem. *ισχυρὰ γὰρ τῶν ἐναντίων αἰ ὑπὲρ τῶν ἐναντίων μαρτυρία, καὶ μηδεμίαν ἀντιλογίαν ἐπιδεχόμενα.*
- 17) Etsi in his paullo sum habetior, id tamen meis oculis vidi in Codicibus plus sexaginta, maximeque in Zittaviensi, quem similem audio esse Ferrariensi Carmelitarum. Nam et LXX. tractavi.
- 18) Hic oblitus fuerat eorum, quae paullo ante scripserat: *Plures antiquius extisse et adhuc in Codicibus, versionibus et patrum allegationibus superesse textus N. Test. recensiones,* mirum videbitur nemini etc.
- 19) Id est, corruptas lectiones Graecas, et corruptiores etiam interpretationes Barbaro-Latinas.
- 20) Recte hoc addidit. Quae enim Latine habemus, iam non sunt Origenis, sed inficetorum interpretum, Hieronymi, Rufini etc. qui versionem Latino-Barbaram expresserunt.
- 21) Latinis, seu Latino-Barbaris. Exinde nondum certum esse, Tertullianum et Cyprianum alios Codices Graecos habuisse, uno exemplo docere liceat. Montefalconius ex uno Codice T. XII. et VI. duodecim Chrysostomi homilias primus edidit. Ego, etsi ipse XCIX. Codices Chrysostomi, Mosquae solum, in manibus habuerim, ut praetermittam appellare bibliothecas alias, istas non inveni. Sed nec alius in ullo Codice istas reperit. Textus Graecus ergo est ex uno Codice. Montefalconius istas homilias Latine reddidit. Ipse eas etiam Latine reddidi August. Vindel. 1799. Utraque interpretatio, et verbis, et sententiis inter se dissentit. Wenn nun nach tausend Jahren ein Kritiker bey den Negern behaupten wollte, wir hätten einen ganz verschiedenen (toto habitu et universo colore) Griechischen Text gehabt. Man denke sich noch hierbey Tertullian, als Uebersetzer. Man denke sich Tertullians Ciceronianisches Latein.

stum fit. Hae²²⁾ enim graecum textum ponunt, toto suo²³⁾ habitu, universoque colore diversum ab eo, quem Origenes, et ante hunc iam²⁴⁾ Clemens Alexandrinus,

usur-

22) Hoc est, ex horum Latinis interpretationibus apparet, eos prorsus diversum textum Graecum expressisse. Cum ipse Griesbachius nullum exemplum proposuerit, ipse unum proponam. Origenes ergo Hebr. 6, 5. ita laudat: *δυνάμεις τε μέλλοντος αἰῶνος*. v. Orig. III, 207. a. IV, 322. a. 378. a. 388. d. Convenit ergo hic recensio Alexandrina cum mea recensione Constantinopolitana, omnium infima. Quomodo vero hoc Tertullianus libro de pudic. p. 1015. b. reddidit? Scilicet: *occidente iam aevo*. Manifeste ergo diversum textum Graecum ex recensione occidentali ante oculos habuit. Sed vide priorem editionem meam ad hunc locum. Obiter addo Chrysostomum, XII, 95. d. 97. d. 98. a. II, 228. Hic huius unius loci quadruplices recensiones habuit. Tribus enim prioribus locis variat, quarto loco in medio contextu omittit ab *καὶ μετόχους* ad *μέλλοντος αἰῶνος*. Huic ultimo loco prorsus similis est alius locus Cyrilli, qui iudem in media oratione Hebr. 2, 9. omittit: *ὅπως χάριτι Θεοῦ ὑπὲρ πάντος γέσσηται θανάτου*. Addo hic crisin Semleri (Herm. Vorber. Viertes Stück. Seite 255.) Eius verba sunt: ich habe die Freude, meine alte Vermuthung, das es ein Zusatz sey, der nicht recht gelesen worden, *χάρις Θεοῦ, χάριτι — χάρις Θεοῦ* glücklich im Cyrillus bestätigt gefunden. Ein anderer Narr, (dieser Titel gehört schlechterdings hierher), wird nun auch seine Freude haben, das *καὶ μετόχους — αἰῶνος* ganz wegzutreiben sey, weil es seine alte, mithin wahre, Vermuthung war. O critici, critici! Semlers Freude bey obiger Stelle habe ich in dieser Ausgabe mit einem ganzen Dresdner Scheffel versalzen.

23) Toto suo — ab eo. Ist schrecklich anzuhören. Wenn nun diese beyden Haupt-Revisionen so verschieden waren, so wufste man ja schon im dritten Jahrhunderte nicht mehr, was die Evangelisten und Apostel geschrieben hatten. Weit sicherer ist es also, die Leute lassen sich beschneiden und nehmen den Koran an.

24) Recensionem Origenianam iam vehementer ab Clementis diffensisse, cuilibet constabit ex Clem. p. 761. edit. Potteri, vel etiam ex hoc exemplo. Origenes Io. 13, 4. ita laudat: *λαβὼν λέντιον διέζωσεν ἑαυτὸν*. IV, 404. c. *λαβὼν λέντιον διέζώσατο*. 410. a. et b. *ζωσάμενος αἰτίαι*. I, 391. a. Clem. Alex. pag. 161. d. *σαβάνῃ περιζωσάμενος*.

Hic

usurpavit. His dictis, iam nomina etiam imponit istis duabus recensionebus, vocatque *Alexandrinam et occidentalem*. Ad recensionem Alexandrinam, ut par erat, refert Clementem, Origenem, Cyrillum, addens: *Alexandrinus*. In hoc vocabulo enim est vis totius ²⁵⁾ argumenti. Deinde huc refert etiam Athanasium. Nam et ipse erat episcopus Alexandrinus. Praeterea Eusebium, quod scilicet magnus fautor fuit Origenis, Damascenum item et Isidorum Pelusiotam. In sic dictarum symbolarum tomo posteriori a pag. 241. ad 620. exhibet Origenis et Clementis Alexandrini lectiones, illas a se, has ab iuvene aliquo ex indicibus collectas. Cum meis ex istis Patribus excerptis in hac editione usus sim, non istis symbolis, nescio, an omnia satis accurate notata sint. Modo tamen, dum evoluo pag. 442. Io. 13, 4. nihil reperio, nec de *σάβανον*, nec de *περιεζώσατο*, nec de *διεζώσατο*. Similiter frustra quaesivi Matth. 13, 31. *νάπυος* ex Clem. Alex. p. 132. b. Forte pro errore habitum. Gregor. Naz. tamen p. 181. habet: *ἀπὸ κόκκου νάπυος*. Ita res fortasse se habebit quoque in aliis. In praefatione eiusdem libelli p. VI. optat, ut suo exemplo alios excitet, qui ita, ut ipse, Athanasium, Cyrillum, Basilium et Gregorios exami-

Hic tres recensiones erumpunt. Prima, seculi primi, quam liceat interim *Apostolicam* appellare, habebat: *σαβάνη περιεζώσατο*. Secunda, quae dicatur sane *Patristica*, habebat: *λίπτιον διεζώσατο*, seu *εζώσατο*, seu *περιεζώσατο*. Nam ista prima recensio non continuo tota peribat. Tertia recensio, quae nomen habeat *confusae*, ea iam, ut in nostris libris, et Cyrill. IV, 720. legitur, habebat: *λίπτιον, διεζωσεν ἑαυτὸν*. Ex his simul intelligitur, quomodo istae recensiones paulatim coaluerint, ita ut prillinae vix veltigium remanserit, nisi in solo Clemente et Origine. *σάβανον* ex Oecum. I, 454. b. explicio: *ᾧ τοὺς ἰδρωτάς καὶ πᾶν ὄργον ἀποψύχουσι*. Uno verbo, *ἀπόρακτρον*.

25) Qui istos tres, sicuti ego, legit, ridebit. Ridebunt vero etiam lectores, qui loca istorum a me in hac et priore editione notata examinaverint. Hoc hic tantum dico: saepissime istos tres, ut Griesbachii verbis utar, *toto habitu ac universo colore inter se differre*. Ergo non una, sed saltem tres Alexandrinae sunt recensiones.

examinent. Ergo ipse eos nondum examinavit, uti nec Damascenum, nec Eusebium, nec Isidorum, nec alios, etsi iam probe ante sciat, ad quam recensioem singuli referendi sint. Gregorios intelligit, Nazianzenum, quem non solum totum legi, sed duas quoque homilias eius cum Eliae Cretensis et aliorum scholiis Graecis ex Codd. Mosqq. edidi Mosquae 1780. Sed ex Gregorio Nazianzeno nemo variantes lectiones colliget, nisi forte paucissimas ac nullius momenti, quod loca litterarum sacrarum ita orationi intexuit, ut difficulter dignosci aut separari possint. Alter Gregorius Nyssenus in primis a Griesbachio diligenter comparandus erat. Habet enim recensioem *Ἀλεξ. αἰματομαχικῆς*. Id discitur ex sic dictis precibus dominicis, quas singulari studio interpretatus est. Codices enim omnes, qui ad nos pervenerunt, expressi sunt ex Codicibus Pneumatomachorum. Nullus enim nisi solus Gregorius Nyssenus Luc 11, 2. unice veram lectionem ad nos ²⁶⁾ transmisit: ἐλθέτω τὸ ἅγιον πνεῦμά σου ἐφ' ἡμᾶς καὶ καθάρισάτω ἡμᾶς. In priore editione mea pluribus in locis omnem adhibueram operam, ut ex Griesbachio extorquerem definitionem recensioem, ne omnis ea de re disputatio esset ambigua, incerta, irrita et vana. Ad hoc ergo, ut modo vidimus, respondit: „*Doctissimi* ²⁷⁾ *critici eodem, quo nos utimur, vocabulo indicarunt,*“ scilicet, quid sibi velit vocabulum recensio. Nam in editionibus suis scripserunt, *ex recensioe, denuo recensuit*, et alia. — Sat habeo. — Ad diversas recensioes pertinent etiam ea, quae in Halensi edit. 1775. in praefatione ad Epistt. Pauli pag. VI. scripsit, quae nullo modo praetermittenda sunt. „Ab utraque recensioe, (Alexandrina et occidentali,) *multis* ²⁸⁾ *in locis differt textus* Chry-

26) Copiose de hoc dixi in priore editione ad Lucam p. 507, 508.

27) Vide editionem Evangeliorum Londinensem Griesbachii in praefat. p. LXXIII.

28) Hoc quilibet de Patribus quibuslibet sine metu errandi dicere potest, etiam si nullum omnino per totam vitam viderit, nedum legerit.
Nam

Chrysostomi, non parum iunioribus ²⁹⁾ interpolationibus iam depravatus. Ab hoc porro discrepat *interdum* textus Theodreti, deterior ³⁰⁾ illo quem habuit Chrysostomus. Tandem omnibus istis ³¹⁾ dissimilis est textus Theophylacti ³²⁾ atque ³³⁾ Oecumenii, ex omnibus ³⁴⁾ mixtus, a textu iam recepto

Nam nec Griesbachius horum ullum accurate ac totum legit, quod vel ex hac mea editione patebit. Nos hos omnes totos legimus ac plerosque, excepto solo Theodoreto, cum Codicibus comparavimus, ac Chrysostomum quidem cum pluribus quam triginta, id quod ex priore editione mea discitur. Bey dem Herrn Geh. Kirchenrath Griesbach muß man sich sehr in Acht nehmen, weil er Alles auf Schrauben und Flickwörtchen und das berühmte *σύνταγμα* baut.

29) Cur iunioribus, ac quibus iunioribus? Forte, quia iunior fuit Tertulliano, Cypriano, Origene? At enim vero paullo ante Cyrillum et Damascenum, Alexandrinae recensitionis *συγγράμμα*, appellaverat. His tamen Chrysostomus non est iunior, nec Chrysostomus ex istis, sed isti ex Chrysostomo sunt interpolati.

30) Man sollte wirklich glauben, es wäre den Schriften der Evangelisten und Apostel eben so ergangen, wie etwa ein paar Stiefeln, die nach und nach so abgerissen worden, daß einer schon ohne Absatz, der andere auf den Spornträgern, und endlich gar der Letzte auf deutschen Boden hätte gehen müssen.

31) Intelligo, *recensitionibus, recensitionum auctoribus et Patribus*, modo laudatis. Quid vero est *dissimilis* h. l.? Utrum melior, an vero deterior etiam? Ergo hic iam est deterrimus.

32) Incredibilis hic deprehenditur ignorantia Griesbachii, ex eo orta, quod nullum horum legit. Textus Theodreti et Theophyl. in epistolis Pauli, de quibus hic sermo est, multo est accuratior, quam Chrysostomi concionatoris, nisi quod Theodoretus interdum temere secutus est vel Origenem, vel Chrysostomum, aut ipse etiam aberravit. Hi errores eius plerumque ex aliis eius scriptis possunt corrigi. Theophylactus interdum quidem temere accedit Chrysostomo, plerumque autem ea, quae Chrysostomus turbaverat, auctoritate ceterorum Codicum in ordinem redigit.

33) De textu edito, qui plerumque ex editione Erasmi expressus est, unde saepe textus in scholiis a textu perpetuo dissentit, hic sermo esse

pto non *multum* dissonans.“ Tot igitur memoratis *recensionibus*, non alienum videtur, eorum iam inire numerum, quan-

esse nequit. Sed Griesbachius nullum Codicem Oecumenii tractavit, immo nec editionem. Nos tres Codices eius tractavimus, ex quibus didicimus, textum Pseudo - Oecumenii non esse deteriorem textu Theodreti et Theophylacti, etsi in hoc quoque aliquae infint lectiones temere ex scholiis relatae in contextum. Scholia ista, quae Oecumenii nomine vulgo feruntur, multo sunt antiquiora Oecumenio, qui demum Sec. XI. vixit. Igitur etiam in vetustioribus Codicibus non solum breviora Oecumenii, sed cuiusdam Photii longiora etiam desunt scholia. Pleraque utriusque scholia inepta sunt. Eius generis est etiam Oecumenii *σύνοψις ἀποκαλύψεως*, de qua v. Montefalc. in bibl. Coislin. p. 277. cui simile est, quod nos edidimus in Catena ad Marcum Mosquae 1775. Vol. II. pag. 210. Eius itidem meminit Montefalc. l. l. pag. 275. Id si ita est, Oecumenius non Sec. XI. sed XII. vixit, cum ibi p. 211. se aequalem dicat Eustathio Theffalonicensi.

34) Utrum *recensionibus*, an modo laudatis Patribus, an utrisque? Postremum videtur intelligendum esse. Quilibet videt, Griesbachium hos, quos modo notavit, non ex eo, quod ipse legit aut animadvertit, sed ex aetate et chronologia aestimasse. Wäre aber der sogenannte angenommene Text, ich will nur sagen des Erasmus oder Beza, so schlecht, wie ihn hier Herr Griesbach beschrieben: so würde er warlich einer Hanswurst-Jacke ähnlich seyn. Bewahre Gott! So arg ist es bey weiten nicht. Man würde ja nicht wissen, was man glauben oder lehren sollte. Ich mag mich hier nicht härter erklären. So viel aber sage ich nach meiner Ueberzeugung, als aufrichtiger und ehrlicher Mann, der die Sache genau unterlucht hat, daß keiner bey dem Texte der Complutenfer, Erasmi, Beza, Schaden an seinem Glauben leiden kann. Für die Verwirrungen aber, die Herr Griesbach in der Kritik des N. Testaments muthwillig macht, wird er Gott Rechenschaft geben. Noch füge ich nach meiner Ueberzeugung und meinem Gewissen, keineswegs wider Jemanden besonders, sondern im Allgemeinen von der Kritik des N. Testaments hinzu. Die Herrn Kritiker und Herausgeber des N. Testaments, sammt und sonders, ohne Ausnahme eines Jetzigen oder Zukünftigen, dürfen doch nicht glauben, daß die sogenannte editio recepta anders von der allervollkommensten Recension verschieden ist,

quantam id quidem nunc fieri potest, cum aliae, ut aiunt, interierint, aliae adhuc lateant. Sunt ergo, ut ex supra dictis apparet, hae notissimae, Africana, Asiatica, apud Bengelium; orientalis seu Luciana, occidentalis sive Aegyptiaca sive Palaestinae sive Origeniana, apud Semlerum; Alexandrina, occidentalis, Constantinopolitana, Chrysostomica, Theodoretica, Theophylactica, Oecumenica, mixta, apud Griesbachium; accedit Apostolica, Patristica, confusa, antepneumatomachica, pneumatomachica, postillalis, ac denique mea, quae semiagarena appellari possit. De duabus aliis in epistolis Paulinis iam vero etiam audivi mussitari. Cum vero non pictoribus et poetis solum, ut ait Horatius, sed criticis etiam, ut modo vidimus, aequa sit quilibet fingendi potestas, non dubito, quin per homines ingeniosos brevi ita recensionum numerus fuerit auctus, ut, secundum plebis Germanicae proverbium, sues eis saginari possint. De Semlero adhuc in mentem venit, quod saepius miratus sum. Cum enim ipse nihil unquam stabile et fixum habuerit, nescio, quomodo tandem alteri tubum optico-criticum centum clavis Vulcanali vi et artificio ita fixerit et firmarit, ut immotus persistat, eique in rebus criticis nec suspicere, nec despiciere, nec omnino alio aliquo, ne tantillum quidem, oculos vertere permittat.

Griesb. Griesbachii editiones Halae 1774. 1775. 1777. Halae et Londini 1796. Vix ex Semleri manibus male mulctatus evaserat Wetstenius, cum in Griesbachii incideret insidias,

ist, als etwa zwey Soldaten-Uniformen von einem Regimente, davon die Eine nicht so säuberlich ist, als die Andere. Aus beyden erkennt man doch das Regiment, und so auch die Wahrheit im N. Testamente. Es müßte denn Einer so frech seyn, daß er wider alle Urkunden, wider sein Gewissen und Ueberzeugung den Text verderben wollte, welches bis jetzt doch nur Wenige, und ohne Erfolg, blos versucht haben. Geschähe aber dieses, so würde man freylich hernach nicht mehr wissen, ob die Uniform von regulären Regimentern, oder von Freybeutern und Seeräubern sey,

sidias, multo sibi magis etiam detrimentosas. Hic enim eum non solum bonis omnibus, ut dicitur, sed, quod profecto miseris, malis etiam omnibus spoliavit atque exiit. Neque enim solum variantes lectiones omnes, exceptis paucis quorundam Codicum prorsus puerilibus et scurrilibus, non quod ista contemnebat, sed quod quorundam infimorum Codicum auctoritati consultum cupiebat, exscripsit: sed, ex eo hausit etiam Patrum loca, solo hoc discrimine, ut tomorum et paginarum numeros, a Wetstenio plerumque notatos, praetermitteret, ut ita lectores dubios et incertos redderet. Quem enim usum praestare possunt sine numeris istis ista nomina, quae toties apud Griesbachium occurrunt, Orig. Chrys. Ath. Clem. Cyr. Eus. Damasc. et cetera, cum ista loca apud alios in quatuor, apud alios in septem, apud alios in tredecim voluminibus pervestiganda sint? Griesbachium autem sua omnia ex Wetstenii editione exscripsisse, ita incurrit in oculos, ut is, qui Wetstenii editione instructus Griesbachianam comparaverit, nisi coecus sit, de huius rei veritate dubitare nullo modo possit. Haec sunt ista Wetstenii bona. Mala appello, typothetarum aut ipsius Wetstenii, vel fortuito, vel data opera commissos errores. Interdum enim variantes lectiones ex Codd. et Patribus aliis, quam debebant, versibus accomodatae sunt, interdum deliberato falsa et mendosa pro veris notata sunt, interdum vero etiam eiusmodi vitia, certo certius a typothetis, commissa sunt, quae continuo sine ulla dubitatione arguat vel mediocris graecae grammaticae cognitio. Sed haec quoque raptim in suam transtulit editionem Griesbachius. Ea de re (edit. 1777. in praefat. ad Evang. p. XIX.) Griesbachius ita habet: „generatim vero tenendum est, minus nos sollicitos fuisse de augenda et a mendis purganda lectionum ab aliis collectarum furragine, quam de rite adhibendis hisce collectionibus.“ Miror hic profecto acumen viri, qui, quod nullus unquam philosophus potuit, praestiterit, scilicet, ut ἐν ψευδῶν λημμάτων ἀληθῆ συμπερασμάτια. Reliquarum lectionum sylvam, ut vocat, in priore editione ait (l. l. pag.

pag. XVI.) cecidisse in finibus Millii, Bengelii, Sabatierii, Blanchinii aliorumque: in Londinensi editione, (in praef. ad Evang. p. LII.) omnium perfectissima, Alterum, Birchium ac me quoque memorat. Alius fortasse hoc sibi honori duxisset: ego vero, qui memet ipsum non extra me quaero, ac modico modio me metiri soleo, de ea rapina, me vivo atque inspectante facta, pluribus de causis vehementer sum indignatus. Vix enim anno 1782. tomi tres priores prioris editionis meae prodierant, cum ipse in sic dictis ephemeridibus Ienensibus, ³⁵⁾ quae tum erant, meos Mosquenses Codices, meamque ex eis editionem infernalibus tenebris, ac memet ipsum aeterno exitio ³⁶⁾ devoveret. Placuit autem divinae providentiae contrarium, quae ad hunc diem ζῶντα με καὶ ἐπὶ χρο- νι δευρόμενον servavit. Alia causa est, cur aegre feram, meam quoque editionem ab eo spoliata esse, quod lectionibus, ex tot Chrysostomi et scholiorum Codicibus a me notatis, in contrariam sententiam abusus est. Cum enim usu didicissem,

per-

35) Vide prioris editionis meae praefationes in evangelium Marci pag. XXXI. in evang. Ioannis p. VI.

36) Ich konnte bey der Sache ganz ruhig seyn. Denn nicht nur meine Allerdurchlauchtigste Monarchin, Catharina die Grofse, hatte mir durch Ihren Ober-Kammer-Herrn Iwan Iwanowitzsch Schuwalow Ihrer Gnade versichern lassen: sondern auch Rubnken, einer der ersten Gelehrten in Europa, mit dem ich damals oft correspondirte, und der mich zu dieser Arbeit noch mehr aufgemuntert hatte, tröstete mich in einem Ciceronianisch-Lateinischen Briefe eben so freundschaftlich gegen mich, als witzig wider meinen Widersacher. Auch war ein Brief des Fürsten von Kaunitz (Wien den 14. Aug. 1782.) eingegangen, in welchem ich auf Befehl Sr. Kayserlichen Majestät, Josephs des Zweiten, las: »soll ich E. H. hiemit zu erkennen geben, das Allerhöchstdieselbe (Kayserliche Majestät) jene Ihres Werks, als eines Mannes gütig aufnehmen, von dessen rühmlichen Verdiensten Sie sich persönlich überzeugt zu haben, mit Vergnügen erinnern.« Ich hatte nämlich das Glück gehabt, am $\frac{9}{28}$ Jun. 1780. in Moscau vor Sr. Kayserlichen Majestät eine Vorlesung zu halten.

per multos Codices tam Graecos, quam Graeco-Latinos, ex Chrysostomo ac ceteris interpretibus corruptos esse, volebam lectoribus istas lectiones ponere ante oculos, ut ipsi iudicare possent, qui Codices, et unde corrupti essent. Ille vero his lectionibus ita usus est, ut suos, seu rectius Wetstenii Codices corruptos, Chrysostomi et scholiorum auctoritate defenderet. Cuiusmodi autem habeantur in vita communi et consuetudine familiari ii, qui aliorum verba, simulatque ore emissa fuerint, malitiose in contrariam torquent sententiam, notum est omnibus. Quod ex mea editione ἀρχὰς et τέλη lectionum ecclesiasticarum huiusmodi signis [] notavit, id reprehensurus non fuisset, si eo modo, quo id fecit, usum praestaret lectoribus, aut si id evidentius et accuratius factum esset. Qui ergo hanc editionem meam cum istis signis Griesbachii comparaverint, facile intelligent, quid intersit ad usum lectorum discriminis. Ii, qui hac de re critice indicare volunt, evolvant solum caput primum evangelii Lucae aut Matthaei caput vicesimum sextum et vicesimum septimum. Ipse Griesbachius multo accuratius lectiones notare potuisset, si Evangeliarium Gothanum, a me editum, et lectiones Codicis Gehliani (in prioribus edit. ad Marc. 277 — 318.) diligentius examinasset. Libenter me abstineo ab omni reprehensione Griesbachii. Hoc tamen non ego solum, sed alii plures, qui criticam scientiam habent, mirabuntur, quod infimos et manifeste corruptos Codices, immo adeo ab impostoribus ad fraudem scriptos, neglectis fide dignis ac multo praestantioribus, sequitur, ac saepe unius aut paucorum huius generis auctoritate, quae nulla est, alia admittit, alia excludit, etsi in aliis locis eorum simul omnium auctoritatem repudiet atque adeo interdum istorum lectiones, a Wetstenio notatas, ne quidem memoret. Post priorem editionem meam, lectionibus Chrysostomi, a me notatis, excitatus, Chrysostomum, quibusdam Codicibus suis faventem, in tutelam accepit: fortasse ideo etiam, quod ego saepenumero contra Chrysostomum disputaveram. Credit ergo, (in praef. ad evang. edit. Lond. p. LXXVI.) a Chrysostomo neminem

minem facile turbatum iri. Nos vero hic non quaerimus, quid fieri possit, sed quid sine ulla dubitatione factum sit? Multos ergo et interpretes, et scribas, in his saepenumero etiam interpretem Latinum, partim suis lectionibus, partim etiam interpretationibus, in errorem pellexit Chrysostomus. Accedit, quod non solum oratorie interdum textum, paullo ante recte propositum, temere mutat, sed nominatim etiam Evangelistis et Apostolis corruptam lectionem obtrudit, additis adeo verbis, *Φησὶν, ἔειπεν, ἐπήγαγεν, οὐχ ὕτως — ἀλλὰ ὕτως ἔλεγεν*, et aliis. Sed nec ceteri Patres, nec Origenes accuratior est. Speciminis caussa in hac editione evolui potest Marci caput XI. quod data opera tractat et cum Matthaei narratione comparat. Evolui quoque potest Orig. III, 727 — 736. ubi Matthaei narrationem de coecis istis cap. 20. 29. explicat, et cum narrationibus Marci cap. 10, 46. et Lucae 18, 35. de industria comparat. Omnino autem nulla frequentior et acrior disputatio critico est, quam contra Patres et Codices ex eis interpolatos, cum probi Codices plerumque nullum facessant negotium. Scribae enim docti, diligentes et religiosi, quod in exemplaribus suis reperiabant, fideliter transcribebant, parum solliciti de dogmaticorum, haeticorum, interpretum, ascetarum et homiletarum paradoxis opinionibus et perversis interpretationibus. Sectione tertia (edit. Lond. p. LIX. seqq.) Griesbachius ad exemplum Mastrichtii (edit. Amstelod. in praefat. p. 9. seqq.) proposuit quasdam constituendi contextus regulas. At enim vero Mastrichtium in eo etiam debebat imitari, ut, sicuti ille, ita ipse quoque, saltem in locis impeditioribus et gravioribus, notaret, quam, quotve regulas secutus esset; id quod nullibi factum est. Hoc enim modo propositae istae regulae speciem solum habent, usum vero nullam, uti nec longae istae, quae in deversoriis quibusdam in caenaculo suspensae conspiciuntur tabulae cum indice locupletissime variorum generum ciborum et vinorum, quorum tamen numerus maximus nec in culina, nec in cella vinaria uspiam reperitur. Accedit, quod loci nonnulli, male affecti, sicuti morbi

quidam,

quidam, multiplices ac latentes mali causas et signa contraria et repugnantia habent, ut nec una nota dignosci, nec una simplicis morbi medicina curari possint. Multo ergo difficilius est, unam regulam recte et perite adhibere, quam eas omnes cognititas habere. Cum dixerim, Wetstenium a Griesbachio ad litteram exscriptum esse, venire in mentem alicui possit interrogare: num eius quoque crisin sit secutus? Nam et Bengelius, qui Millium expressit, huius fere etiam accessit criticis decretis. Neutiquam. In omnia alia enim discessit, nisi in solis illis locis, ob quae, ut supra dixi, haud paucis suspectus fuit Wetstenius, in quibus cupidissime Wetstenii arripuit opiniones. Similiter vero etiam, cum omnis crisis pendeat ex auctoritate Codicum, prorsus contrariam Wetstenio de eis tulit sententiam. Mirabili ergo modo Wetstenio *toto habitu ac universo colore* exitit et simillimus, et dissimillimus. Prorsus ergo in Wetstenio, nec tamen eius culpa, contrarium evenit verbis Iacobi, qui negat, *πηγὴν ἐν τῆς αὐτῆς ὁπῆς βρῦειν τὸ γλυκὺ καὶ τὸ πικρὸν, τό, τε ψεῦδος καὶ τὴν ἀλήθειαν.*

P. Editio prior, a me curata, duodecim tomis prodit Rigae et Lipsiae. 1782 — 1788. Ex iis, quae centies ab aliis dicta, a me hic breviter repetenda fuerunt, constat, editiones N. Testamenti criticas omnino omnes ex una familia per varias genealogias ad nos propagatas esse. Ut vero quis editor fuit locupletior, ita editionem suam, tanquam filiam, splendidiori suppellectili ac dote opulentiore ditatam futuro editori, tanquam genero, elocavit. Magnificentissimas, ac fere regias nuptias celebrarunt Millius et Wetstenius. Cum vero Millii filia in Bengelii, ac deinde in Wetstenii, Wetstenii vero in Griesbachii manum convenisset, nihil mihi reliquum factum erat. Accesserant praeterea ad aures meas variae variorum quaerelae de dotibus, de nummis adulteratis, quibus se deceptos lamentabantur. Accusabatur Stephanus, accusabatur Millius, accusabatur Wetstenius. Missis ergo et dotibus, et num-

mis adulterinis, et filiabus, et omni re uxoria, dispiciebam, sicubi occultos thesauros eruere ac memet ipsum sine affinitatibus ac sine peregrina genealogia ad huiusmodi litterariam subolem producendam et locupletandam parare possem, quae esset prorsus ἀγενεαλόγητος. Feliciter ergo conditi et intacti thesauri utriusque bibliothecae Mosquensis SS. Synodi id mihi praestiterunt. Ingens enim numerus praestantissimorum Codicum N. Testamenti ibi repertus, ac postea tam in Rossia, quam in Germania, novis accessionibus auctus. ita me locupletavit, ut ultra centum Codices ad manus haberem, quot nemo ante me editor primus ac solus habuit, nedum solus omnes ipse examinavit. Nullus enim priorum editorum, inde a Millio, suos Codices omnes ipse solus pervestigavit. Igitur modo viros doctos, modo familiares, modo affines et cognatos, fratres, patruales, miror, cur non etiam materteras, memorant, quorum opera in tractandis Codicibus usi sunt. Duplex ergo oritur quaestio. Prima, num omnes eadem diligentia id fecerint; altera, an omnes ad eandem editionem Codices exegerint? Multas enim hic, et alii, atque equidem ipse, dubitandi causas invenimus. Mea vero praecipua fortuna fuit, quod Mosquae non solum praestantissimi Codices; etsi plures iam bis examinaveram; tamen etiam in elaboratione huius editionis circum me dispositi erant; sed reliquos etiam, si in ulla re dubius essem, iterum evoluere poteram. Id me etiam permovit, ut ex nulla alia editione quicquam in meam transferrem, ne unam quidem diversam lectionem, metuens ne aliorum errores, quod aliis iam acciderat, temere ad alios transmitterem. In examinandis tamen discrepantibus lectionibus, a me excerptis, praesto fuerunt editiones Millii, Bengelii, Wettsteinii et Griesbachii. Si unus aut plures horum, meis quoque comprobantibus Codicibus, ex mea sententia recte aliquid vel probaverat, vel repudiaverat, tacite id probabam, si scilicet iisdem argumentis movebar: sin aliis rationibus motus idem tamen sectabar, rationes istas addebam. Iis vero in locis, ubi ipse aliquid mutandum censebam, aut ab aliis omni-

bus solus dissentiebam, sine ulla ullius reprehensione aut iniuria argumenta mea memorabam. Tamen ne sic quidem cuiusdam calumnias et iniurias in tribus prioribus tomis effugere potueram; etsi ipse meam in referenda sententia, aliis contraria, humanitatem atque lenitatem, seu, ut ipse vocabat, modestiam praedicabat. Hic me ipsum etiam aliquid humani passum esse, multoties poenituerat; veteres autem iniurias iam dudum oblivioni tradideram: verum ab eodem identidem ac post viginti annos novissime quoque lacessitus, cum, pacis et quietis amantissimus, quietem tamen nullo modo habere possem, meis saltem levioribus me armis defendendum esse arbitratus sum. Graecos interpretes, scholiastas, et sic dictas catenas, nemo N. Testamenti editor ante me ita accurate examinavit, nec plura ex iis edidit. Auxi ea etiam in hac secunda editione, magisque auxissem, nisi iusta operis mensura id prohibuisset. Sunt enim penes me apographa praestantissimorum commentariorum et catenarum, maximam partem inedita ac cum pluribus Codicibus collata, quae ut, me vita functo, in illustri aliqua bibliotheca reponantur, curabitur. Evangelitaria Graecorum, a prioribus editoribus omnibus negligentissime tractata, Praxapostolos vero, proprie sic dictos atque integros, prorsus ignoratos, ad hodiernum usque diem solus, primus, ultimus accuratissime tractavi, atque ita quidem, ut quisvis lector cognosceret, quae, quot, quoties, quibus adeo foliis singulae lectiones in singulis Codicibus legantur. In hoc tam incredibili, ineffabili et assiduo labore nihil magis me fatigavit ac propemodum prostravit, quam examen tot Codicum Chrysostomi, nec non lectionariorum omnis generis et synaxariorum, quorum ingentem numerum tractavi. Scilicet ignavorum fucorum furta et latrocinia facillima sunt: apum vero labor et sedulitas, sicuti utilior, ita quoque aerumnosior. Bis ergo in Rossia acutissimis morbis afflictus, bis desperavi, an unquam valetudinem recuperaturus essem. Sed grata feliciter perpessorum memoria me propemodum abducit a proposito. Hoc autem hic memorandum esse arbitror. Cum iam Codicum, Novi quidem

quidem Testamenti omnium, variantes lectiones collegissem, ac suo ordine digessissem, menti meae uniuscuiusque Codicis imago, quoad criticam eius auctoritatem, tamen accuratius etiam definiendam, impressa erat. Ita accedebam ad ipsius operis tractationem. Ab evangelio Matthaei nullo modo poteram incipere. Nondum enim tot Codices Chrysostomi comparare potueram, instans vero hiems et dierum brevitās ab hoc tanto negotio me avocabant. Incipiebam ergo ab epistolis eatholicis, pergebam ad actus Apostolorum, ac deinde ad epistolas Pauli ad Romanos, Titum et Philemonem. Decretum erat, nullius, nec doctissimi viri, auctoritatem sequi, nisi idoneis argumentis et testimoniis mihi persuasisset. Antequam ergo cuiusquam sententiam exploraveram, examinabam meorum Codicum lectiones, commentarios et scholia, per totum aliquem librum, ac, quod mihi probabatur, enotabam. Codices mei erant quidem fere omnes, ut a Graecis, et doctis, eadem peritia scripti: in quibusdam tamen erant liturae et correctiones, in aliis variantes lectiones ad margines scriptae. Deprehendebam ergo textum duplicem, alterum nativum, alterum adventitium. A partibus textus nativi stabant fere Codices textus perpetui sine scholiis et interpretationibus, nec non Codices Praxapostolorum, quos tunc duos cum tertio, eo tamen non integro, vetustissimos ad manus habebam, cum ante me nemo editor nec unum integrum habuisset. Ad dissensum, qui est proprius lectionariis omnibus, hic non attendendum erat, cum is a quovis harum rerum perito, adhibitis praesertim synaxariis diversi generis pluribus, facile arguatur et tollatur. Ab altera parte erant Codices cum commentariis et scholiis. Horum lectiones, iam per se non ineptae, immo, si Graecitatem spectares, probabiliores etiam, haud raro confirmabantur commentariis, scholiis, lectionum varietatibus ad margines notatis, denique etiam lituris et correctionibus. Liturae enim non paucae, textu nativo antea atramento nigerrimo et tenacissimo, ac litteris luculenter expressis scripto, ita erant comparatae, ut, quid antea scriptum fuisset,

set, liceret partim conicere, partim manifeste deprehendere. Vetus erga lectio in his erat eadem, quae in alterius generis Codicibus nativa ac nulla correctione seu corruptione tentata. Diligenter separabam utriusque generis lectiones, easque etiam atque etiam inter se comparabam. In hoc examine identidem recurrebam ad Codices, reperiebamque, lectionem, ex correctione ortam, pluribus locis firmari scholiis et commentariis, ita tamen, ut saepe lectio altera esset adhuc in textu quorundam eiusdem generis Codicum. Igitur eiusdem generis Codices hic inter se haud raro in textu dissentiebant, cum lectio in aliis iam esset translata in textum, in aliis adhuc legeretur solum in scholiis. Occurebant vero etiam loca, ubi adscita lectio, iam in textum recepta, alterius generis Codicum auctoritate vel correctata, vel in margine notata esset. Qui ipse Codices Chrysostomi, Theophylacti, Oecumenii, Damasceni et omnino commentariorum, catenarum et scholiorum tractavit, ei haec cognita sunt et perspecta. Discere id etiam licet ex dissensu Codicum Theodoretii in epistolis Pauli ex editione Noesseltii, quanquam Codex Noesseltii A. non est Codex Theodoretii, sed catenae, ³⁷⁾ in qua sola excerpta sunt ex Theodoretto. Magis vero etiam id apparet ex editione Wetstenii, ubi saepenumero occurrunt huiusmodi notae, *a manu prima, ex emendatione, in ora*. Cum igitur hoc modo nativum et adscitum viderer deprehendisse, plus tribuebam nativo, quam adscito. Hac adhibita attentione epistolas catholicas omnes elaboraveram. Accedebam deinde editiones Millii et Wetstenii. Bengelianam enim et Griesbachianam, ut ex istis expressas, rarius inspexi. Videbam ergo duos illos praestantissimos viros, Millium et Wetstenium, in isto bivio fecisse divortium, ita tamen, ut Wetstenium, quocum ego inscius consenseram, recta progredi; Millium vero, tanquam

con-

37) Accuratius hac de re exposui, in dem Leipziger allg. litter. Anzeiger 1801. Nr. 72. Seite 691. 692.

conscium, quod declinasset, huc illuc in isto itinere se convertere, respicere, circumspicere, quin etiam aratores et rusticos, in his, quem *veterem Italum et Latinum vulgatum* vocant, de via sciscitari cernebam. Cum vero, metu errandi territus, nondum satis mihi persuasum haberem, accedebam ad Actus, in quibus iam pluribus copiis instructus eram, nullo tamen Codice Chrysostomi, quod admodum aegre ferebam. Eos ergo simili modo incipiebam tractare. Hic vero ita afficiebar, tanquam, conscensa nave, maris fluctibus iactarer. Desuper nox ac sine stellis caelum; circumcirca procellae, fulgura, fulmina; a profundo aestus, scopuli, tam prominentes, quam latentes, naufragii et interitus signa proxima; donec, sicuti Paulus quondam, minus tamen feliciter, emersissem non ad Polyphemi, ut primo credebam, sed, ut eventus docebat, ad duas fumosas, horridas et inhospitales interpretis veteris Itali et Latini vulgati tabernas, quorum inaudita et infamis Latinitas omni tonitru violentius et terribilius aures meas pulsabat, percellebat, obtundebat. Tota enim Latinistarum fex infima ibi deverterat cum interprete Syro, scriba Codicis Cantabrigiensis et detestabili Beda, qui omnem *ἑωλοκρατίαν* suam in librum Actuum effundebant. In istis continuis, primum maris iactationibus, deinde barbarorum clamoribus, nec Milli, nec Wetstenii recordabar. Ex his tam multiplicibus periculis; nam et Praxapostoli in hoc libro me saepius turbabant; etsi quorundam praestantissimorum Codicum, quos iam multoties fidos expertus fueram, satellitio servatus eram: postea tamen saepius audaciae meae cum horrore recordatus sum, et adhuc, sed securior et laetior, recordor. Nullum enim in nullo libro maius discrimen adire potest N. Testamenti editor, quam in epistolis catholicis, maximeque in Apostolorum actibus. Nihilominus tamen in ea, quam iam ceperam, sententia persistebam, plura etiam tentare instructus et paratus, ut tandem scirem, quo consilio et decreto utendum esset. Pergo ergo ad epistolas Pauli, ac primo quidem ad eam, quae est ad Romanos. Hic iam accedebant duo Codices Chrysostomi,

unus Damasceni, Oecumenii duo, totidemque Theophyacti. Eorum vero omnium, nec non Theodoreti, ad manus erant etiam editiones praestantissimae. Inter has et inter eorundem auctorum Codices fere eundem dissensum, ut antea in epistolis catholicis et actibus, deprehendebam. Statim vero in epistola ad Romanos reperiēbam, istas lituras, correctiones, varias lectiones, marginibus adscriptas, ac denique Codicum, scholiis et commentariis instructorum, dissensum, tam inter se, quam ab Codicibus aliis, textus nimirum perpetui, sine scholiis, et lectionariorum, maximam partem profectam esse ab Chrysostomi speciosis quidem, minime tamen probabilibus lectionibus. Restabant tamen lectiones discrepantes aliae, itidem in Codicibus cum scholiis, Oecumenii potissimum, atque in accuratioribus huiusmodi Codicibus solum in scholiis obviae, quarum origo ex solo Chrysostomo, certe non ex iis eius scriptis, in quibus hos ipsos libros data opera interpretabatur, repeti poterat. Postea tamen multarum harum quoque lectionum origines in aliis eius libris, cum eum totum hanc ob causam accuratius tractassem, inveni. Multarum vero lectionum discrepantium auctores reperiēbam Clementem, Origenem, Cyrillum, Theodoretum, Isidorum Pelusiotam atque etiam recentiores, quorum adeo in scholiis et catenis memorabantur nomina. In Oecumenio ne quidem opus est, ut quis plures eius Codices ad manus habeat, cum vel ex editione sine ullo dubio appareat, eius scholia ex istis auctoribus esse consuta. Si vero aliquis criticus non omnium corruptarum lectionum origines certas indicare possit, id ex eo est, quod plurimum plurima scripta, ut Origenis, Clementis, aliorumque interciderunt. Videmus vero hoc ita etiam evenire in iudiciis civilibus et in rebus, quae cuique in oculos incurrunt. Quoties enim accidit, ut numerosa furum et latronum colluvies cum magna mole rerum furtis et latrociniis sublatarum capiatur et in iudicium rapiatur? Quis vero unquam tam sagax repertus est iudex, qui, omnibus etiam, quae in eiusmodi quaestione fieri solent, adhibitis, definierit, unde et a quibus,

bus, cum isti nebulones id saepe etiam ipsi ignorent, singula ista fuerint correpta? Omnes tamen credunt, rapta et aliena esse. Ita quoque, adhibitis probis Codicibus, quid alienum et peregrinum sit, facile cognoscitur: unde vero arreptum sit, saepe nullo ingenii acumine, nulla doctrinae copia, nulla lectionis assiduitate definiri potest. Nonne vero Hieronymus ³⁸⁾ ipse fatetur, multa a se lecta esse apud multos, eaque ita suae obversari memoriae, ut, cuius aut unde sint, quae ex aliis tradiderit, ignoret? Quid vero criticus acutus et severus de eo editore N. Testamenti censebit, qui omnem istam variam et peregrinam supellectilem corripit ac cum contextu vario et maculoso, sicuti *τεκτόνων συνεργοί*, cum novum aedificium construendum et erigendum est, cum variis ac diversorum colorum lemniscis, pannis, sudariis, braccis, collaribus, zonis, indusiis, undique collectis et ex arbore suspensis, inter comitatum puerorum per fora et plateas decurrit? Examinatis ergo isto modo epistolis Paulinis omnibus, ac iam quoque in Matthaei evangelio adhibitis Codicibus Chrysostomi, magis magisque in ea, quam ceperam, confirmatus fueram sententia, ac mihi hanc legem sanciebam, ut in constituenda lectione textus perpetui perpetuo acriter et ad ista tria Codicum genera, et ad omnis generis commentarios, scholia et catenas attenderem; quantum vero esset in viribus meis, earum quoque lectionum, quae in paucis ac plerumque corruptissimis Codicibus reperirentur, indagarem origenem. Patres Graeci, nobilissimi etiam, ut Clemens, ³⁹⁾ Origenes, Chrysostomus, Cyrillus,

38) In proem. ad epist. ad Galat. T. IX. edit. Francof. p. 123. Verba eius sunt: *»ut simpliciter fatear, legi haec, (commentarios Origenis et ceterorum, quos ibi paullo ante et in proem. ad comment. in Matth. pag. 1. fin. nominat,) omnia et in mente mea plurima concervans, accito notario vel mea, vel aliena dictavi, nec orationis, nec verborum interdum, nec sensuum memoriam retentans.«* — Laudo diligentiam criticam tuam, sancte Hieronyme.

39) Maximam gratiam habeo ei, qui ex ponderosa Potteri editione vel unum locum expiscatus fuerit, praeter duos omnino, ut recorder,

rillus, raro Codices laudant, aut si etiam ex eis varias lectiones notent, faciunt id plerumque tamen, cum laborant de difficultate sententiae, aut cum aliud aliquid moliantur. Eae vero varietates plerumque sunt ineptissimae et contrariae praestantioribus N. Test. Codicibus Graecis omnibus. Lectiones a Theodoro, Oecumenio et Theophylacto memoratae, fere non ex Codicibus N. Testamenti, sed ex Codicibus vel Origenis, vel Chrysostomi, vel aliorum sunt repetitae. Utrumque enim Codicum genus ἀντιγράφων nomine indicant. Id autem ita esse, evidentissime apparebit, si quis decem tantum eiusmodi locos, pro suo arbitrio lectos, ex Patribus proposuerit. Dubito tamen, an 4^o) in ullius Patris Graeci scriptis omnibus plures

dor, ubi haeticorum meminit. Qualis autem omnino criticus et interpres sit Clemens, vel ex pag. 97. 98. (edit. Pott. p. 118. 119.) apparere arbitror.

- 40) Non alienum videtur, in hanc rem notare quaedam ex Origene. Ergo III, 670. 671. propter suam interpretationem credit, Matth. 19, 19. perperam addita esse, ἀγαπήσεις τὸν πλησίον σου ὡς σεαυτὸν, et conqueritur Codices corruptos esse. Ibid. 732. ἀκριβῶς πιστεύει ἀναγεγραμμένα, συνεργοῦντος καὶ τοῦ ἁγίου πνεύματος, τὰ εὐαγγέλια. Ergo putat, Matthaeum, Marcum et Lucam de diversis rebus, non de una eademque exponere. I, 376. d. ex Codd. non nullis (quibus?) laudat Marc. 3, 18. λεβη, seu λεββαῖον. (Forte deceptus est a Clement. Alex. p. 502. b. qui ματθαῖον et λεβὴν, ut duos memorat.) III, 532. Matth. 16, 20. ἐπέτιμησε, loco διεσείλατο notat. Ibid. 588. Matth. 18, 1. ex aliis ὄρα, ex aliis ἡμέρα notat, ac de ea re ibi pro more suo nugatur. 597. Luc. 9, 48. εἶσι et ἴσα. IV, 41. Hebr. 2, 9. χαρὶς, loco χάριτι. 72. Io. 1, 3. ὃ γέγονεν, ἐν αὐτῇ ζωῇ εἶσι. Ibid. 140. 141. disputat contra ἐν βηθανίᾳ Io. 1, 28. nec tamen ex Codicibus, in quibus ipse ita, etiam apud Heracleonem, reperit, sed ex sua opinione. Ergo addit: ἐπίσθην δὲ, μὴ δεῖν βηθανία ἀναγινώσκειν, ἀλλὰ βηθαβαρᾶ. Deinde id etiam firmat ex etymologia (140. c. ποῦ γὰρ — τὸν τῆς κατασκευῆς οἶκον; Ridicule!) et Codices accusat. Ibid. ad Matth. 8, 28. monet de γερασσηῶν, γαδαρηνῶν et γεργεσηῶν. Postremam lectionem hic quoque ex etymologia firmat. Ridiculum hic mihi in primis visum est, quod legitur 141. a. περὶ ἧν (γέργεσαι πέλιον. Sed 172. est, τὰ γέργεσαι) κρημνός,

plures quam decem eiusmodi loci reperiantur. Omnes autem, qui quidem apud Origenem et Chrysostomum reperiuntur, in alterutra editionum mearum memoratos arbitror. De LXX. interpretibus ac de lectionibus Aquilae, Symmachi et ceterorum, uti per se intelligitur, hic non loquor. Duo autem genera variarum lectionum saepenumero apud plures Patres Graecos occurrunt: alterum omnino ex elegantiore Graecitate, alterum ex synonymis, ipsis etiam plerumque elegantioribus, ortum. Hic sane frustra inquiras, utrum a Clemente potius, an ab Origene, an a Chrysostomo, Cyrillo, aliisque in textum venerit. Cuius enim Graeco ista in mentem venire poterant, nec ulla necessitas est, ut ab hoc potius, quam ab alio repetantur, nisi adsint caussae probabiles. Ita ergo saepe fit probabile, lectionem aliquam ex Chrysostomo potius aut ex Origene, quam ex Clemente aut Cyrillo aut alio esse illatam. Hoc autem quivis intelligit, in huiusmodi lectionibus nec plurium Patrum consensum contra incorruptos Codices Graecos valere posse. De Latinistarum interpretatibus, ex quibus certa genera Codicum saepenumero interpolata sunt, hic solum addo Hieronymi iudicium: „Si ⁴¹⁾ Latinis exemplaribus fides est habenda, respondeant, quibus? Tot enim sunt exemplaria, pene post codices. Sin autem veritas est quaerenda de pluribus, cur non ad Graecam originem revertentes, ea, quae vel a vitiosis interpretibus male reddita, vel a praesumptoribus imperitis emendata

per-

κημὸς παρασίματος τῆ λίμνη, ἀφ' οὗ δέκνυται τοὺς χοίρους ὑπὸ τῶν δαιμόνων καταβεβλήσθαι. ἐρμηνεύεται δὲ ἡ γέργεσα, παροιμία ἐκβεβλησῶτων κ. τ. λ. Ergo tempore Origenis adhuc ibi erant rupis incolae, qui monstrabant, unde deturbatae fuerant fues, et locus ille ante id factum mirabili vel vaticinio, vel casu, iam dudum habuerat nomen, *domicilium eorum, qui eiecerunt*, nimirum, Christum ex finibus suis. Iubebant enim eum exire. Haec ergo sunt Origenis vel variantes lectiones, vel nugae, quas ex Codicibus memoravit.

41) In praefat. Evangeliorum ad Damasum, T. IX. fol. A. 2. p. 2

perversius, vel a librariis dormitantibus aut addita sunt, aut mutata corrigimus? "

De hac nova editione. Cum primam editionem meditato scripsissem, aliter accidere non potuit, quam ut in hac secunda prorsus esset crisis mea eadem. Pluribus tamen in hac instructus fui adiumentis criticis. Eorum ergo ope et auctoritate plura, antea a me probata, pluribus argumentis firmavi. Codices igitur post priorem editionem ad manus habui, in evangeliiis XI. in Actibus IV. in epist. Pauli VII. in catholicis IV. in Apocalypsi IV. Eos omnes ipse diligenter examinavi, excepto solo Codice Euthymii epistolarum Pauli, cuius accuratissimum apographum accepi ab Summe Reverendo atque Eruditissimo Viro, Patre Ignatio Hardt, bibliothecae Electoralis Monachiensis praefecto. Eorum omnium varias lectiones cum selectis scholiis Graecis suo tempore edam. Loca Patrum Graecorum a me memorata denuo omnia evolui. In locis memorabilioribus partes paginarum etiam litteris a. b. c. etc. notavi. Lectionum ecclesiasticarum indices et synaxaria multo locupletius et accuratius exhibui, quam Assemanus aut ullus ante me alius. Criticos libellos omnes ad manus habui. Plurima profeci ex Altero et Birchio. Horum libros, ubi necesse fuit, laudavi: neque tamen exscripsi. Turpe enim viro docto censeo, atque adeo nefarium, si aliorum opera et laboribus ita abutatur, ut lectiones Codicum, ab aliis sedulo ac diligenter notatas, ac saepenumero non sine magnis pecuniarum impensis, quas Codicum peregrinorum vectura exigit, collectas, ad litteram transcribat. Eadem vero etiam religione a mea ipsius priore editione abstinui manus, ne ullo modo bibliopolam laederem. Nemo enim, nisi qui nihil proprium habet, ac ne is quidem, si vir honestus sit, unquam ei crimini se reddet obnoxium, ut aliena et furtiva pro suis venditasse arguatur. Knittelii libellos fere nullibi laudavi, non quod viri accuratissimi operam suspectam habebam, aut adeo contempnebam: sed quod Codices ab eo examinatos ipse
omnes

omnes denuo examinaveram. Varias lectiones ulla de causa notabiles bona fide ex aliorum et meis Codicibus memoravi, omissis tamen Codicum signis et nominibus, nisi ubi id quoque ad signandos quosdam Codices necessarium arbitrabar. Qui tamen ista signa requirit, adeat Wetstenii et meam priorem editionem, nec non libellos Alteri et Birchii. Plerorumque lectorum parum interest, singulorum Codicum numeros ac notas nosse, nec vero ea res cuiquam usum praestare potest, nisi istorum Codicum auctoritatem criticam perspectam habeat. Quin immo iam alii ante me in variis lectionibus adscripserant, *Codices multi, plurimi, tot*. Bengelius vero in nulla editionum suarum contextui subiecit Codicum nomina, sed lectores remisit ad apparatus Criticum. Criticos his de rebus monere, non est necesse. Minus exercitatis autem, si qui ipsi etiam de locis pluribus iudicium ferre velint, suadeo, ut saltem Wetstenii et meam priorem editionem adhibeant. Praestat tamen criticas editiones omnes, et ex ceteris variarum lectionum collectionibus saltem Alteri et Birchii libros consulere. In reliquis N. Testamenti libris, ab Apostolorum actibus ad epistolas catholicas, qui in re critica, quam evangelia, sunt notabiliores, plures Patrum locos adhibui et comparavi, eo potissimum consilio, ut ii, qui Patres non legissent, intelligerent, quem usum in emendando et constituendo contextu praestare possint. Omni autem adhibita attentione, et diuturno usu, ac multorum annorum experientia magis magisque in ea sententia confirmatus sum, ut parum eis tribuendum esse censeam. Quin immo in universo N. Testamento ne unum quidem locum invenire atque indagare potui, qui sine Codicibus, a me probatis, aut adeo contra hos, ex uno aliquo, pluribusve Patribus constituendus fuerit. Contra vero in hac ipsa editione locos propemodum innumera- biles facillime reperire licet, in quibus contra unum alterumque, interdum contra plures Patres auctoritate Codicum disputandum fuit. Istud tamen certamen plerumque et facile, et expeditum est. Fere enim alter contra alterum, aut contra

sese ipsi pugnant. Pars huius editionis altera, dudum iam
ita a me perfecta, ut nullum amplius addendum sit verbum,
brevis post, ut spero, prodibit. Scribebam Vitembergae d.
XVI. Febr. 1803.
